

P R O  
D. Comite Ludouico Vicecomite.

**R**editus, siue census, de quo agitur, nullam hucusquē habuit determinatam naturam, sed litigantes ad vota denominauerunt vel allodiam, vel feudalem, Communitas feudalem asseruit, Fiscus ab initio feudalem, postea vero allodiam credidit, possessores vero inter utrūq; steterunt, insistentes super diuturna possessione, nec se teneri ad titulum vllum exhibendum.

Nunc autem Illustrissimus Magistratus in formam dilemmatis excitauit motiuum, vel scilicet est feudalis, & non potest possideri sine titulo, bonam fidem interruptam edictis; feudalem videri ex enuntiatiua emissa in primordio conuentionis initæ cum Communitate anno 1601.

Vel est allodialis, & tunc agi de obligatione erronea, & suscepta per Communitatem sine causa non docto de licentia Principis, ideo corruere ex priuilegijs minorum, & Ecclesiæ, quibus gaudet.

Res iustificatas non excedere metam possessorij, deducta ad discussionem tituli concidere in petitorio, quod absorbet possessorium.

Quibus omnibus, seruato eodem ordine, respondebitur.

Vel enim redditus est feudalis, & tunc licet feudalia sine titulo possideri nequeant per priuatos, *Cyriac. controuers. 178.* in tuto nihilominus est causa D. Com. Ludouici, ex sola tituli allegatione, iuncta longissima imò immemorabili quasi possessione annorum ultra centum, eo magis dicendo non extare in promptu scripturas, maxime si hoc affirmetur iuramento possessoris, fortius si probentur incendium, depredatio, aut depopulatio, vt probatur iuribus, & Doctorum auctoritatibus statim allegandis.

*Textus sunt in L. cogi. C. de petitione hereditatis.*

*Et in L. est, & decretum. ff. de iure Fisci, vbi Vlpianus ait Est & decretum ab Imperatore Seuero, & constitutum nullo modo exigendum quem probare unde habeat circa delationes Fiscales,*

les, sed delatorem probare debere ea, quæ intendit, vbi nec etiam exigitur cursus temporis.

In cap. v. n. §. si quis se, vel partem, ver. secundum enim morem Mediolanensium; & in c. v. n. De vsu Mediolan. vbi habetur possessorem feudi per annum sciente domino, simplici iuramento probare titulum, seq; eximere à molestia domini.

Per quæ iura hoc ipsum firmauerunt Doctores communiter, & inter multos

Pencgr. de iure Fisci lib. 7. tit. 3. sub nu. 2. 2. vbi ait sufficere quod regalia possideatur per annos 30.

Marcell. Cala de modo articul. & probandi fol. 207. tergo sub nu. 1131. vbi ex Afflicto dicit Vt Feudatarius nõ teneatur docere de titulo feudi, & quod possessio 30. annorum in hoc sufficiat.

Belluga in Speculo Princip. Rubr. 28. sub nu. 15. 16. fol. 146. vbi probat quod quando priuatus possidet Regaliam, quæ potuit per Principem concedi antecessoribus suis, vel potuit acquiri longa consuetudine si illam possideat ad suam priuatam vtilitatem, cogi nõ possit docere de titulo, sed (dicens) si Princeps id petere, vel auocare vult ab eis, suo Marte lis currat data facultate defendendi, & infra, sufficit quod ab antiquo talia possideant inuehiturq; contra Officiales contrarium eruantur.

Mench. in cons. 1125. per totum, & præcipuum num. 20. seqq. quando concurrat antiquitas temporis.

Paris. de Reintegr. feud. cap. 27. n. 6. idem admittit contra edicta de producendis titulis regalium, saltem quando agitur de facto antiquo, maximè si Vassallus iuret se non habere in promptu scripturas, quod desumptum est ab vlu. Mediolanensium vsupra animaduertimus.

Mascard. de probat. concl. 944. seu 941. secundum aliam impressionem num. 6. vbi ait stante possessione annorum 30. procedere etiam in petitorio.

Lucas de pen. in L. 2. C. de fund. limit. lib. 11. dicens possessorem Castri limitrophici cogi non posse ad ostensionem tituli, tam & si solus Princeps possidere possit.

Montan. de Regal. ver. Argentaria pag. 264. sub num. 10. ver. vel ex vetusta, vbi licet ex Constit. Regni Communitates possidentes

dentem nemora pascua, & alia de Demanio Regis, teneantur ostendere titulum, secus dicit, quando extat vetusta, seu immemorabilis possessio.

Idem concurrente immemorabili possessione in Tit. potestas constitutend. off. sub num. 23. ad fin. pag. 143.

Thef. q. 27. lib. 2. num. 15. dicens stante possessione immemorabili, seu centenaria, non esse necessariam probationem tituli etiam in iurisdictionalibus.

Accacc. Ripol. de Regal. cap. 20. num. 14. 15. 16. vbi sequitur Thefaurum, & loquitur in centenaria probata per locationes, vt in nostro casu.

Id, quod fortius procedit in casu nostro, dum tam D. Com. Ludouicus modernus, quam D. Petrus Franciscus eius Pater, qui primus successit lineæ D. Com. Vitaliani fideicommittentis verisimiliter ignorantiam habuerunt tituli huius redditus, Menoch. in d. cons. 1125. sub num. 24. exemplificans in emphyteosis, & alijs succedentibus ad alios inuestitos, eo magis quia verisimiliter scripturæ hæreditariæ remanserunt penes D. Marchionissam Lauiniam, cum qua accerrima fuit lis, & quæ ideo verisimiliter non facile scripturas relaxare voluit.

Adunur expugnatio, depredatio, & destructio Castri Fontaneti, cum domibus, cuius erat condominus D. Com. Ludouicus, & in quo habitabat, & monumenta domestica familiæ retinebat, quæ ideo dispersa sunt.

Non omitto demum, testimonium I. C. Caroli Ciualerij olim, in hoc foro versatis. Aduocati, hic enim elaboratas congeffit additiones ad omnia consilia Decij, quas suo testameto iussit typpis mandari, & in addit. ad cons. 61. loquens de praxi vtriusq; Magistratus publicari faciendi edicta vt possessores regalium ostenderent titulos sub pæna, subdit Tempore tamen Illustrissimi Præsidis Aresij hæc praxis non fuit admisa, quam nec admitteret Illustrissimus tanti Patris filius eandem merito sedem exornans.

Vetusta etenim possessio, vel titulum sufficientem parit, vel legitimam tituli præsumptionem, vt citati omnes Doctores tradunt in materia Regaliu, & in materia beneficiaria, & omnia tam Ecclesiastica spiritali, quam laica sumpto inuicem

argumento tradiderunt, inter multos, Guidobon: loquens de iure patronatus cum possessione annorum 30. Aduoc. 32. num. 9. 10. dicens præsumi quemlibet meliorem titulum de mundo *Rouit. in pragmat. 1. de priuileg. Vniuersitate concess. n. 5. seqq. Cavalier. decis. 632. num. 2. de cursu annorum 50. admittit Cyriac. in regal. d. contr. 178. num. 37. Scaccia de iudic. lib. 2. cap. 2. nu. 681. pag. 628. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. Resol. 66. sub nu. 9. vers. secundonam. Menoch. plenè de præsumpt. lib. 3. præf. 131. per totam, & lib. 4. præf. 182. nu. 11. & in cons. 1092. Hodiern. ad Surd. dec. 1. num. 41. vbi ait legem in præsumendo titulo regulari iuxta tempora præscriptionis. Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 10. Rot. Rom. decis. 534. num. 1. par. 1. nouiss. diuersor. Tap. in decis. 23. n. 25. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 19. num. 9. seqq. & num. 18. vbi dicit oriri præsumptionem iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, & testatur de veriori, & crebriori sententia Accac. Ripol. de Regal. cap. 43. num. 44. & plur. seqq. & num. 61. dicit hinc induci titulum omni exceptione maiorem.*

Et ex his soluuntur quæ in contrariū dicuntur, vt possessores regalium, quæ non possunt possideri sine Principis concessione, teneantur titulum exhibere, quia respondetur.

Primo non procedere quando possessor regaliam longissimo tempore possedit ex supra allegatis.

Secundo procedere quando possessori regaliam obstat expressa iuris resistentia quominus possideri possit per priuatos, puta propter inhabilitatē personæ, vt dicitur in materia feudali de imuto, surdo, & Clerico quando feudum requirit seruitium *Luc. de pen. in d. L. 2. C. de fund. limitr. vers. sic etiam si quis. secus autem in ijs regalijis, quæ passim videmus per quoscumq; personas possideri, vt sunt regalia minora, census, vectigalia, & similia, quæ retroactis temporibus vendita fuere, & in dies venduntur, & multos modos acquirēdi regalias per priuatos ponit Ripol. d. cap. 43.*

Tertio vel procedere ad summum (vbi non concurreret longitudo temporis) quando regalia possideretur in emphyteusim, vel in feudum, *Bellug. d. Rubr. 28. num. 28. i. 9. cuiusmodi*

non

non est redditus, de quo agimus, quem antecessores D. Comitum semper possederunt in allodium sine vlla seruitute, nec recognitione versus Regiam Cameram.

Centenaria autem, & immemorabilis possessio antecessorum D. Comitum exigendi hunc censum, satis probata resultat ex duobus instrumentis locationum de ipso reddito exigendo à Communitate Gorlæ factarum per dictum Com. Vitalianum, altero anni 1536. 17. Augusti receptum per Galeatium Vicecomitem Mediolani Notarium, & altero anni 1554. die 20. Februarii, quo anno idem Comes Vitalianus condidit testamentum, & in dicto instrumento anni 1536. habentur hæc verba, *Item de iure exigendi censum terræ Gorlæ maioris iuxta solitum omni anno*, itaut probet etiam præcedentem possessionem, sine tamen principio possessionis, & ita satis constet de immemorabili, cuius essentia in eo consistit, quod non constet de origine possessionis, ad quam probationem, deferuiunt tum testes, tum etiam scripturæ antiquæ, etiã non docto de sciētia illius, contra quem fuerit possessum, vt latè *Ripol. in d. cap. 43. per totum*, vbi ex professio agit materiam possessionis immemorabilis regalium ad effectum illam, acquirēdi per priuatos, itaut habeamus & centenariam, & immemorabilem, quicquid altercentur Doctores de differentia, inter vnā, & alteram, de quo ibidem *Ripol. num. 45. seqq. & in suo casu Menoch. in cons. 1092. num. 11.*

Hinc etiam nō obstat quod in motiuis dicitur interruptam scilicet fuisse bonam fidem ex edictis in materia producendi titulos regalium; tum quia edicta mandabant exhiberi titulos regalium, quæ possidentur in feudum à Principibus huius Dominij, de qua qualitate non constat, nec vllibi apparent moniti Vicecomites quod talis naturæ essent hic redditus, & sic compræhensi edictis, tum quia Fiscus ipse accersitus ad litres, quæ versæ fuere super eodem hoc censu, nunquam habuit illum pro feudali, nec regali, tam etsi causæ incubuerint pro Fisco Egr. Fiscales Maldonatus, & Rubcus viri insignes, & accerrimi pro Fisco postulatōres, quælibet autem causa excludit malam fidem, & bonam conseruat *Scherard. cons. 64. num. 64.* tum quia edicta exiere post ius plene quæsitum immemorabili

rabili possessione, & præcipuè edictum anni 1640. post com-  
pletam centenariam incipiendo à dicta locatione anni 1536.  
nec mala fides antecessorum, quæ non nisi præsumpta argui  
posset, noceret D. Comiti successori *Menoch. in conf. 1111. nu.*  
*57. nec post 30. annos obijci potest Schenard. conf. 76. nu. 46.*  
*conf. 29. num. 17.* Tum demum quia stantibus centena-  
ria, & immemorabili possessione non est curandum de mala  
fide *Thef. d. quæst. 27. num. 9. 10.* maxime cum non tam aga-  
mus de præscriptione, quàm de tituli præsumptione, prout etiã  
tollit necessitatem probandi scientiam, & patientiam Prin-  
cipis, aut eius Officialium *Thef. d. quæst. 27. num. 8. Mastrill.*  
*d. cap. 19. n. 21. seqq.* licet nos habeamus scientiam Fiscalium,  
& Protegis quæ sufficerent, cum Rex habitet extra Ducatum  
*Montan. de Regal. in prælud. sub num. 13. in fin. pag. 17.*

Hinc pariter non releuat quod redditus hic enuntiatus fuerit  
feudalis in prima narratiua dictæ transactionis anni 1601.  
tùm quia, dato, non concesso, quod esset talis, rütus est posses-  
sor centenaria, & immemorabili possessione ex supra dedu-  
ctis, tum imò quia enuntiatiua illa detecta fuit erronea, & ta-  
lem professus fuit Fiscus, constituto quod Vicecomites vnquam  
fuerunt Gorlæ Feudatarij, quæ adhuc qualitas tanquam fun-  
damentum Fiscus probanda fuisset plenè, & concludenter ad  
effectum cogendi ad exhibendum titulum *Luc. de Pen. in d.*  
*L. 2. C. de fund. limit. lib. 11. col. 2. vers. secundo queritur,* dum  
dixit quod si non constat Castrum, seu Baroniam esse feudale  
procurator Fiscus non potest cogere possessorem ostendere  
suæ possessionis titulum, vt etiam refert *Menoch. d. conf. 1125.*  
*sub num. 18.* simplex autem enuntiatiua non emissa per mo-  
dum causæ necessariæ, & inter alios, non probat favore Fiscus,  
cuius interest allegare feudalitatem, eo minus cum nunc de  
enuntiato disputetur ex *Gen. de verb. enuntiat. lib. 1. q. 4. n. 75.*  
*lib. 2. q. 1. num. 32.*

Et hæc quæ eximunt possessorem regalie ab exhibitione tituli in  
ordine ad Fiscum, fortius eximunt in ordine ad Communi-  
tatem, quæ non habet intentionem fundamentum super qua-  
litate regalie ex *Peregr. de fideic. art. 57. sub num. 141. in*  
*medio.*

Vel

Vel hic census est allodialis (& est secundum motiui caput) non  
sufficit Communitati, allegare obligationem sine causa, seu  
indebitè se soluisse, quia cum non impossibile sit quin iusta  
causa extiterit obligationis, onus probandi inexistenciam  
causæ, & indebitum incumbit ipsi Cõmunitati alleganti ad  
*textum in L. cum de indebito. 25. ff. de condit. indeb.* alioquin  
præsumitur existenciam iustæ causæ *Cyriac. contr. 262. num. 59.*  
*contr. 263. num. 7. 11.* & hæc probatio debet fieri per ne-  
cessè *idem contr. 164. num. 7. Coccin. decis. 384. num. 1.* quod  
procedit tam pro indebito præterito, quàm pro futuro Cy-  
riac. locis citatis.

Et quemadmodum diuturnitas temporis inducit titulum con-  
tra Fiscum, ita & obligationis causam contra Communitatē,  
vel etiam præscriptionem vbi illa egeremus, ex supra alle-  
gatis.

Eadem diuturnitas tollit obiectum defectus licentiæ Principis  
maxime cum non appareat de scriptura, ex cuius inspectione  
apparere possit de defectu, quod neq; sufficeret, dum adhi-  
beri potuisset actu, & in scriptura separatis, vt latè *Cyriac.*  
*contr. 111. num. 7. seqq.* dicens hoc nullam habere controuer-  
siam quando versatur in immemorabili, etiamsi ageretur  
de re magni præiudicij, & etiã in alienationibus rerū Eccle-  
siæ quod præsumatur intercessione cõsensu superioris *Scaccia*  
*de iud. d. lib. 2. cap. 2. num. 682.* & latissimè ante, & post pro-  
bat præsumptionem solemnitatum omnium oriri ex diutur-  
nitate temporis in omni materia *Caren. resolut. 102. nu. 1. 2.*  
*Costa Sicul. conf. 23. num. 130. seqq. in conf. 69 nu. 5. & in conf.*  
*79. num. 26. Thef. d. quæst. 27. num. 18. 19.* & alij passim lo-  
quentes promiscue de obligationibus, & alienationibus  
bonorum minorum, & Ecclesiæ, ac etiam Fiscus, itaut cesset  
argumentum desumptum in motiuis à minoribus, & Eccle-  
sia ad Communitatem.

Ex quibus, quicquid sit quod res iudicatæ metam possessorij nõ  
excedant, apparet etiam in petitorio, apertum ius fouere D.  
Comitem Ludouicum absq; eo quod titulum exhibeat, prout  
&c. sal. tamen &c.

Io. Petrus Stampa I. C.